



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 38. Variæ Constitutiones Sixti V. Papæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

§. XXXVIII.

Sæcul. XVI.

A.C 1585.

Variae Constitutiones Sixti V. Papæ.

Hoc item anno Sixtus Pontifex alias
adhuc Constitutiones, quæ tamen
priori diplomate minoris sunt momenti,
pro-

injustitiam redarguere, ac Pontificiæ Constitutionis æquitatem vindicare; quippe ipse met Sixtus V. cunctas a Navarro excogitatas, quas hic in suo schediasmate attulit, querelas confutabat; Montmorentius enim, qui relictis foederatorum castris Navarro adhæsit, per quemdam nobilem suorum familiarium apud Nazarethanum Archiepiscopum Papæ Nuntium, qui tum jam Parisios redierat, in quadam epistola querebatur, quod Navarrus nec admonitus, nec auditus fuerit damnatus, & se Catholicum sit professus, relapsus tamen dici nequeat, eo quod in fide Catholica perseveraverit, usque dum a Borbonio Cardinale ministrad eandem relinquendam cogeretur. Verum ad hæc capita Pontifex per Montaltum Cardinalem mox respondit in hæc verba. I. Factum hoc est notorium, nulliusque defensio-
nis capax, adeo, ut superflua fuisset citatio, præsertim cum eundem Regem præcedentes Pontifices saepius efficacissime admonuerint. II. Pontifici duntaxat innotuit obstinatus Regis animus, qualem semper professus est, atque hodiecum adhuc in eo perseverat. III.

X 3

Præ-

Sæcul. XVI.A.C. 1583.

promulgabat, atque inter ceteras die vigesima nona Junii omnes exemptiones a tributis, subsidiis, aliisque oneribus revocabat, eoquod hæ gratiae in pauperum onus redundarent: insuper alio diplomate die prima Julii edito prohibuit, ne Ecclesiasticæ ditionis subditi bona absque Sedis Apostolicæ licentia exteris venderent, aut alienarent. Subscripta est hæc Constitutio

a vi-

Præfatus Rex publice Parisiis sectæ nuntium misit, atque ab hæresi per Gregorium XIII. absolutus fait, sed paulo post ad vomitum rediit, seque palam Calvinistam professus, suos Oratores in Germaniam pro Calvinistarum defensione decrevit, proin vere relapsus est: porro illæ minæ potius fuerunt paternæ adhortationes Rege Christianissimo dignæ. Hæc habentur in Codice scripto, qui in Bibliotheca Barbarina afferatur. De cetero nullum magis luculentum veritatis hujus testimonium haberi potest, quam ex ipso Navarro, qui Sextum vindicabat, ac semetipsum damnabat, dum perdemissam epistolam ad Sextum V. perscribens, ejurata hæresi in fide Catholica se usque ad mortem perseveratum spoponderat, hanc vero epistolam ipse Clemens VIII. Sixti V. Successor, priusquam Navarrum sacræ Sedi, atque Ecclesiæ reconciliabat, publicam fecit. Vide Spond. in Annal. ad ann. 1595. num. 6.

a viginti quinque Cardinalibus: die Sæcul. XVI.
 autem prima Maji prodiit alia Bulla, A.C 1585.
 qua Pontifex extendit exemptiones,
 & gratias, Clericorum Regularium Con-
 gregationi S. Majoli alias de Somascha
 a Gregorio XIII. concessas.

Eadem quoque die quarta Constitu-
 tione sancitum, ut Clerici Regulares
 Congregationis S. Pauli Decollati, ad
 processiones, & actus publicos accedere
 non cogantur, ex indulto Gregorii XIII.
 Exstat insuper alia Constitutio die pri-
 ma Julii promulgata, cui triginta, &
 unus Cardinales subscripsere, ubi in-
 novantur omnes Constitutiones, quas
 Romani Pontifices hactenus ediderunt
 contra exules, bannitos, aliasque fa-
 cinorosos homines, eorumque recepta-
 tores, & fautores, ubi multarum im-
 positio poenarum statuitur in eos-
 dem, necnon contra communitates,
 & alias, qui sua territoria ejusmodi
 scelestis hominibus expurgata non cu-
 stodiunt. Alia præterea edebatur Con-
 stitutio die prima Ieptembris, qua præ-
 cipiebatur, ut festum Præsentationis
 B. Mariæ Virginis die vigesima prima
 mensis Novembris dupli ritu celebre-
 tur: proin ab illo tempore in romana
 urbe hæc festivitas semper sub præ-
 cepto colebatur, eo quod confestim post
 promulgatam hanc Constitutionem hoc

Sæcul. XVI. festum novo Martyrologio Romano fue-
A.C. 1585. rit insertum. Denique postrema Con-
 stitutione mandabatur, ut Festum S.
 Francisci de Paula Ordinis Fratrum Mi-
 nimorum Institutoris, singulis annis die
 secunda Mensis Aprilis dupli officio
 celebretur.

Ceterum cum Bonifacius VIII. Pa-
 pa quamdam Academiam Firmi qua-
 dam ditionis Ecclesiastice civitate ad
 Bononiensis Universitatis normam in-
 stituerat, idque Calistus III. suo diplo-
 mate die vigesima sexta Junii anno
 Christi millesimo quadringentesimo
 quinquagesimo quinto confirmaverat,
 hinc Sixtus V. utriusque hujus Papæ
 Constitutiones nova Bulla die decima
 tertia Septembbris hoc anno innovabat,
 necnon in hac Urbe studia resuscitans
 præfatam Academiam plurimis privi-
 legiis locupletabat, normamque Docto-
 ratus præscribens Rectoris auctorita-
 tem extendebat. Tandem idem Pon-
 tifex die vigesima quinta Septembbris
 alio diplomate statuit, ut *elelio Præla-*
torum Congregationis S. Bernardi in Ita-
lia Monachorum Ordinis Cisterciensis Re-
gularis observantie de cetero fieret ex uni-
verso numero Sacerdotum dictæ Congrega-
tionis, qui minora officia laudabiliter bien-
mio exercuerint.

Sequens

Sequens Constitutio die trigesimo Sæcul. XVI.
 Octobris emanata agit de regimine Stu- A.C. 1585.
 dii generalis Valentiniensis in Hispania
 ab Alexandro VI. instituti, ubi ex be-
 neficiorum ecclesiasticorum redditibus
 falaria Præsidi, & Professoribus assig-
 nantur, dum antea iisdem tenui admo-
 dum manu stipendia numerabantur.
 Denique die decima sexta Novembris
 summus Pontifex alio diplomate Col-
 legium septem Notariorum Sedis Apo-
 stolicæ antiquitus institutum ampliavit
 ad numerum duodecim, ita tamen, ut
 gratiæ, & privilegia extenderentur
 pro ipsis septem Notariis, qui vulgo
 Proto-Notarii appellantur, quibus e-
 tiam annuos redditus assignabat. Die
 decima nona ejusdem Mensis edita Bul-
 la instituit Archiconfraternitatem chor-
 digerorum S. Francisci, chordam per Fra-
 tres ejus Ordinis gestari solitam devote
 deferentium, cum indulgentiarum concessio-
 ne, & alias Confraternitates sibi aggredi-
 gandi potestate.

Ceterum cum juxta veterem morem
 summi Pontifices non nisi in Basilica divi
 Petri, exclusis omnibus aliis Ecclesiis,
 facris operari consuevissent, Sixtus
 hanc consuetudinem minus gratam
 habens aliam condidit legem, vi cu-
 jus varias Romanæ Urbis Ecclesias
 summi Pontifices accedere, ibi-

X 5 que

Sæcul. XVI. que rem divinam peragere deberent,
A. C. 1585. eoquod, inquietabat ille, minus æquum
 esset, quod nullum aliud Templum hoc
 honore coleretur. Præterea Mensis De-
 cembri aliam divulgabat Constitutio-
 nem, qua omnes Episcopos vel recens
 electos, vel ab una Sede ad aliam trans-
 latos obstringebat, ut sanctorum Apo-
 stolorum Petri, & Pauli Ecclesiæ vi-
 tarent, ac suæ administrationis ratio-
 nem summo Pontifici redderent,
 ejusque jussa interposita juramenti
 Religione exequerentur. Postea idem
 Pontifex die vigesima tertia De-
 cembbris Constitutione edita præcepit,
 ut officium sancti Nicolai Tolentini ex
 Ordine Fratrum Eremitarum sancti Au-
 gustini Romano Breviario sub ritu feli-
 duplicis infereretur. Postremo Sixtus
 Romanam urbem in quatuordecim re-
 giones, cum antea a longo tempore
 nonnisi tredecim essent, addita Bor-
 gensi partiebatur, præcipiens, ut toti-
 dem essent Præfecti, qui sedulo cuncta
 in suis regionibus occurrentia obser-
 varent, ac singulis hebdomadibus sum-
 mo Pontifici integra fide referrent. (°)

§. XXXIX.

(*) Ille, qui Romæ fuit, ac de officio ho-
 rum Præfectorum genuinam notitiam hau-
 plene persuasus erit, quod hæc Sixti V. Con-
 stitutio